Et an falcidia & trebellianica detrahatur de legatis,uel fideicommissis particularibus. uide Doc.ad rub.ff.ad trebell.ubi Ias.col.2.nu.3.6. & seq.Paris.consi.60.nume. 53.lib.2.& consi. 43.num.45.lib.3.de comu.Præposit.Senen.2. casu. q. 11.Coras.lib.3. miscell.cap.15 nume. 12.Hiero.Alb.consi.1.Tiraq.post. ll. connub. glos. 7. numero 100. & seq. Rip. ad l.in quartam.ff.ad l.Falci.numero 2.ubi Soc.Iun. numero 4.de commu.

106 *L. Cum multa. C. de bon. quæ liber.*

Donata ab Imperatore,uel ab Augusta non quæruntur patri etiam quo ad usumfructum. Hæc l. loquens de Imperatore extenditur ad

Regem

Regem.Iaſ.ad l.ex imperfecto nume.3. C. de teſtam & circa hunc tex.uide per Gomeſ.inſti. de actio.§. Actiones autem.in 5.col.nu.15.

107 *L. Stipulatio iſta.§. alteri.ff.de verb.obliga. §. Alteri. inſtit.de inutil.ſtipul.*

Stipulari alteri nemo poteſt regulariter.Limi.ut per. Iaſ.ad l.Qui Romæ.§. Griſogonus. nume.38.ff.de uerbo. oblig.Franc.Cur.ad l.ex conuentione.nume.2.& ſeq.C.de pact.& ad l. poſtquam liti.nume.44. eod.tit.Petr. Rebuff. ad l.unicam.C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt.num.555.Lim.hanc.Reg.in teſtatore, qui poteſt legatario ſtipulari.Alex.ad l. nemo pôt. de leg.1.Facit tex.in l.in conuentionibus.ff.de uer.ſing.fallit in notario, de quo p Rip.ad.l.j. nume.13.ff.de uerb.oblig.Aret. ad §. ſerui autem.inſt.de iur.perſon.& ad §.cum autem.inſt. de adop.Cagn. ad l.inuito.nume.12.ff.de reg. iur.Pulchre, & latè Tiraq.in tract.de conſti.in 3.par.30.Lim.nume.16.cum plurib.ſeq.fallit in ſacerdote.Bar.Iaſ.& alij ad l.j.§. huius ſtudij.ff.de inſtit.& iur.Vbi Fortu.garzi.num.14. Fallit de iur.cano.de quo Aldo.hic.Moder.in d.§.huius ſtudii.Andr.de beſlet.late ad l.1.C. de ſacros.eccl.nu.233.uide per Phil.Port.lib. 2.concluſ.utr.iur.concluſ.46.& per Horat.lut. concluſ.163.nu.20.inter conſi.diuerſ.ad cauſ. crim.uol.1.

§.Et

108 *§. Et quoniam quidem cum. §. fin. in auth. ut non luxur. cont. nat.*

Pro blaſphemia imponitur pęna capitis, Intell. locum habere in eum, qui ex conſuetudine ſolet blaſphemare, ita proprie loquitur iſte tex. Declar. cin. Bal. & Salic. ad l. ij. C. de reb. cred. Ang. Aret. ad. §. ſi quis poſtulāte. inſt. de actio. Blaſphemans ergo non ex conſuetudine nō punitur pœna capitis: ſed bene extra ordinem iudicis arbitrio. Iaſ. ad l. 3. §. iurari. nu. 13. de iur. iuran. & iſto caſu binus, aut trinus actus qui alias conſuetudinem inducit, non ſufficit, ut in l. 3. in fi. C. de epiſc. audi. not. ad l. de quibus. ff. de ll. Quia de conſuetudine Blaſphemandi requiruntur multo plures reiterationes, ſecundum cin. Bal. & Salic. ad d. l. ij. C. de reb. credi. & Ang. in d. §. ſiquis poſtulāti, & in tract. malefi. in uerſic. iniurioſa. De iur. cano. quæ ſit pęna blaſphematis habes tex. in cap. ſi quis per cap. 22. q. 1. ponunt canoni. ad c. ſtatuimus. de cleri. percuſſ. Bal. ad l. accuſationem in 2. colu. C. qui accuſ. non poſſ. dicit quòd facere iuramenta ſcelerata eſt ſpecies hæreſis, Blaſphemia dicitur quando aliquis dicit in contemptū Dei. ſeu turpia, ſcelerata uerba in Deum proferantur. ut ſi dicatur ad deſpectum Dei, uel maledicatur Deus, uel ſimilia. glo. ad c. qualis. 25. diſtin. Bal. & Ang. ad l. j. C. ſi quis Impera. male-

E di.

di. Ang.& Imol.ad l.his uerbis.§.1.ff. de hære, Instit.Bal.ad l.ignorantia.C. de cri.stell.Bart. ad l.iam apud Gait prætor.num.4.& seq.ff.de iniur.Ang.de Aret.in d.tract. malefi.in uersic. uerba iniuriosa,nouiss.Iul.clar.lib.5. senten.§. Blasphemia.in prin.De blasphemia uide latiss. per Boer.q.301.Iul.cla,ubi sup.

Incarceratus pro blasphemia quomodo possit liberari,duos not.modos ponit Ias.ad l. 3.§.iurari.num.5.cum seq.ff.de iur.iuran.

109 *L. Exigendi. C. de procurat.*

Ampl.procedere in ualde amico, & seruatur in practica.refert.Ias.ad l.titia.nume.14.ff. de uerbo.oblig.Add.ad hunc text.Egid.decis. 143.in tit.de procur.Fortun.Garzi.ad l.j.ff.de iust.& iur.num.50.Balb.decis.92.Cott.in memor.in uersi.coniuncta persona.lim.non habere locum in cōiunctione spirituali.Fely.ad. c.edoceri.nume.10. de rescrip. Abb.consil.7. tria.num.4.uolum.2.

110 *L.Scimus.§. repletionem.C. de inoffi.testamen.*

Legitima debetur filio ex substantia patris. Add.quòd si testator relinquat certam quantitatem pecuniæ,potest adhuc filius refutare pecuniam, & petere legitimam in corporibus hæreditarijs. Bart.ad l. suus quoque.in fin.prin. ff.de hæred.insti. Add.Ias.ad l.non amplius.§.

cum

cum bonorum.nume.6. & seq.ff.de leg.1.Dec. consi.236.ante fi.num.15. Nouiss.Franc.Bursat.consi.92.dominus.num.11.

Ad tex.ibi ex substitutione.ubi glos.intelligit in substitutione facta in legato. add.quòd simpliciter cum hoc intell.transit Corn.consi. 106.lib.2.colum.fi.& quòd iste tex.in substitutione facta legatario loquatur, non autem in substitutione facta hæredi, uulgariter uel per fideicommissum, tenuit Bar.ad l.in quartam.in pęn.q.ff.ad l.faci.Aliter intelligit Bal.hic in 7. not. & Salic.in 3. Add.quòd D.Vinc.Hercul. ad d.l.in quartam.col.30. & seq.ponit nouum intell. ad hunc tex.ut intelligatur de substitutione, & iure accrescendi factis ab extraneo, nō à patre, ut ibi per eum: post quem uide ibidem Soc.Iun.& nouis.nostros.nu.380.& 496. ultra alios.Add.quòd iste text.prout generaliter loquitur, intelligitur ut nunquā debeat computare; Ratio, quia substitutio est secunda conditionalis dispositio.& sic ꝙ prouenit ex substitutione uenit ex conditione; sed filius debet legitimam habere sine aliqua conditione.

Item quia incontinenti debet habere legitimam: ideo in usufructu non computatur.& circa usumfructum intell. clarius quando ille filius, uel erat socius in usufructu, uel aliàs, ut nō haberet proprietatem. Et ad hūc tex. add.Coras.ad l.filium quē habentē. C.fam.herciscun.

num.197.& ibi Polit.num.128.& seq.Fernan. Vasq.in tract.de success.creat.§:10.num.376. & 392.& §.30.nu.248. Viui. lib. 1. cōmu.opinio.in uers.filij debent.Franc.de capi.cōsi.78. nu.3.4.9.inter cons.diuers.ad cau.ult.uouln. uol.primo.Menoch.in tract.de arbitr.Iudi.lib. 2.centu.2. cas.163. nume.10.

111 *L. Ad instructiones. C. de sacrosanctis Eccl.*

Præsbiter tenetur ad gabellam pro pōte reficiendo An hodie locum habeat uide Dec.ad cap.Ecclesia.S. Mariæ in fi.extra de constitut. Guido.Papæ. singul.409. Rip. de comu.quòd hæc l.non sit correcta. respon.1.nume.5.& 6. de muner.& honor.uide nouissi.cachera.de cis.68.num.3.Et quid in Maris ciuitaris Barb. consi.29.lib.4.& consi.1.lib.3. Debet tamen cogi per iudicem competentem non temporalem Guid.Pap.q.78. An ecclesiæ, & q.381.& seq.in Mater per Boer.q.246.

112 *L. Prospexit.ff.qui. & à quib.*

De eius intell.Bar.ad l. omnes populi.6.q. prin.ff.de iustit.& iur.Bar.Bal.Ias.omnes ad l. non dubium.ff.de ll.Fely.ad c. si quādo col.8. num.11.extra de rescript.Aret.ad.§. ius ciuile col.6.7.& 8.inst.de iur.nat.Ias.ad l.ex facto.ff. uulg.& pupill.nu.13.& ibi Rip.col.8.num.46. Rip.ad l.ubi pure.§.pen.num.4.ad trebell.Polit.

lit.in tract.substit.In mat. exemplar.num.4.q; prin.nu.2.Salyc.ad l.ij.C. denoxal, Alci.lib.1. de uerb.signif.fol.4.Ruy.ad l.nunciatio.num. 113.ff.de no.oper.nōc.Cagn.ad l.in omnibus quidem.num.9. & seq. de reg.iur. Steph.de federic.in trac. de intepre.statut.nu.22. Declarat Petr.Anstr. gram. in tracta.de extensio.nu. 26.cū seq.paris.ad c.in præsentia.nu.83.& 84. extra de probatio.Iacob.Menoch.in tracta.de arbitr.Iudic.lib.2. centur.1.cas.82. nume.15.

113 *L. Liberto octuaginta.ff.de bon.libert.*

Intell.ut per.Ias.ad l. si mihi & tibi. nu.16. & seq.& num.21.ff.de leg.1.vide Bal.hic.Soc. iun.consi.106.ante fi.lib.3. Didac.ad c. Raynaldus.§.3.nu.12.extra de testam. Phannuc.in tract.de lucr.dot.glos.8.num.21.

114 L.*Non distinguemus.§.de officio.ff.de Arbitr.*

Arbiter nihil potest ultra illud quod est sibi in compromisso concessum. Add. Boer.decis. 283.num.15.Corn.consi.245.lib.2.Fely.ad c. sicut.num.33.de re iud.Alex.ad Auth. siquis in aliquo.C.de eden.Rom. consi.141.nume.50. Alci.reg.3.præsump.12.num.5.

115 *L. Cui iurisditio.quæ est l.ij.ff.de iur.om.iud.*

Concesso uno omnia uidentur concessa per quæ deuenitur ad illud. Add. Marsi.sing.175.

concesso. Feli.ad.c.præterea.colu. pen. de offic.deleg.num.4.Bal.ad l. 1.colum. pen. nu.9. C.si rect. prouinc. Sed quando consequens est maius.non uidetur concedi ei cui permittitur antecedens,quod est minus Bar.hic.Roma.ad l.Illud.ff.de acqui.hęred.Ias.ad l.properandũ. §.& siquidem. colum.3. nume. 9. in fin. C. de iudic. Cott. in memora. in uer. concesso uno. & uide quæ habes ad l. ad rem mobilem. ff. de procurator.

116 *L. Ait Prætor. quæ est. l.j.§. Interdictum. ff. uti. possid.*

Actio non datur possidenti. lim.per clem.1. ubi est casus, quòd datur de causa poss. & propriet. Declar. ut per Lap.alleg. 97. uide Acorã bo.ad l.naturaliter.§.nihil commune.ff. de acqui. poss. numero 82.

117 *§. Cùm filius. insti. de hæred. quæ ab intesta.*

Nepos ex filio pręmortuo succedit simul cũ alio filio uiuẽte, quia assumit locum patris sui: & ideo succedit cum Patruo & filijs Patrui, in stirpes, & non in capita. Quomodo procedat. uide Bar. ad l. itẽ Prætor. de suis. & legit. Ruy. ad l.Gallus.§.1.in fin.de liber.& posthum. per Soc.ad l.cum Auus.6.col.de condit.& demonstrati.Bar.ad l.1.§.si sit filius. de coniung. cum emanc.liber.eius.Dec.consi.1.2.& 3.col.& ad

l.2.

l.2.C.un.liber.Ias.ad l. fi.nume. 4. & seq.C. de succeff.edic. Rip.ad l.in quartam.nume. 199.ff. ad l.falcid. Paris. consil.40.nume.27.uol.1. In fideicommissis an & quando filius succedat in locum patris. nouiss. & plenè per Porti. lib. 5. cõclus.33.uide ibi. & per eund. cons.8.nu. 13.

118 *L. Bene Zenone. quæ est. l.fi. C. de quadrien. præscr.*

Nõ habet locum nisi in solo Imperatore, & uxore eius, nõ in inferioribus a Principe. Dec. consil.357.ubi latiss.Soc.iun.consi. 82.nu. 35. & cons.92.nume.9.lib.4.In mat.Paris.cons. 1. num.122.lib.1.& cons.27.eod.lib.Rom. sing. 618.Zannet.in tract.de differ.interius cano. & ciu. differ. 65.Soc.Iun.consi.69. in fin.lib.1.& cons.113.& 174.nume.33.uol.2.Bellon. cõs. 51.& 59.In mat.per Ias.ad auth.quas actiones nume.6.C.de sacrosan.Eccles.Abb.in cons. 3. 1.col.uol.2.per Feli.ad c.quæ in Ecclesiarum. num.34.extra,de constit. & ad c. cum.olim,de senten.& re iud.Bal.cõs.253.212.& 366. uol. 1.& consi.359.uol.3.Ruy.cons.48.lib.4. & cõ sil.31.uolum.5.Cur.iun. consi.165.142.143. & 174.Rimi.ad.§.1.num.56.& seq.institu. qui bus alien.lic.uel.nõ Diaz.reg.426.Duen. reg. 238.incipiens. ubi plenè tradit reg. huius l.cũ 13. lim.latiss.Port.Imol.lib.2.conclus.utri.iur.cõ-clu.42.ubi ponit 20.lim.Socin. cons.46. lib.4.

Gramma. decis. 65. num. 78. Rolan. à Vall. in tracta. de lucr. dot. q. 3. num. 4. cum plurib. seq. & q. 105. num. 18. & 19. ubi quòd non habet locum in rebus in dotalibus uēditis, nec in 4. debita uxori inopi, uigore Auth. præterea. und. uir. & uxor. Benedict. Bon. lib. 1. de censib. arti. 16. num. 40. Declar. ut per Soc. Iun. consil. 65. nume. 6. lib. 3. Et nouiss. in quibus terminis sit intelligenda ista lex per Clariss. & acutiss. Thob. Non. cons. 89. consideratis. num. 40. & seq. & Iacob. menoch. in cōs. 2. num. 334. ubi septem declarationibus illustratur.

119 *L. cum precario. ff. de precar.*

Pactum contra substantiam actus est ipso iure nullum. uide Bar. ad l. ubi ita donatur. ff. de donat. caus. mort. Bal. ad l. exactionem. C. de dot. prom. & ad l. si pater. 2. lec. ff. de adopt. ubi declarant. quando dicatur fieri aliquid contra substantiam actus. Ant. Rub. ad l. non solum. §. morte. ff. de no. oper. nuncia. num. 357. & seq. Bereng. Fernan. ad l. pacta conuenta. ff. de contrahē. empt. in 1. cap. nu. 60. Forcatul. in Necyoman. iur. dialog. 3. num. 2. & seq. num. 1. Cagn. ad reg. contractus. num. 25. ff. de reg. iur. Nouissi. pro declar. & sensu huius l. uide Menoch. in tracta. de arbitr. Iud. lib. 1. q. 60. nume. 21.

L. Ori-

 37

120 *L. Origo. quæ est. l. unica. ff. de officio. quæsto.*

Ad uers. & sanè crebior apud ueteres opinio &c. In iudicando & consulendo non est recedendum à commu.opin.Doct.ut not. etiã ad c. nouimus de uerb.sign.ponunt Bar. & alii ad l.2.C.de pen.iud.qui mal.iud.Alex.ad l.quæ dotis.num.14.ff.solut.matr. Feli.ad c.prudentiam.§.sexta.col.3.ad fi.num.17.de offi.deleg. Dec.consi.366.col.3.nu.7.uers.3. & cons.499. col.pen. & 259.uisis in princ. cat. cott. in suis memorab.in uers.opinio cõmunis.ubi lim. nisi melioribus rationibus,& legibus posset confutari:quia tunc ab ea esset discedendum. Alex. ad l.cum prolatis col. pen. ff.de re iud. Feli.ad c.1.col.pen.extra de constitut.Ias.ad Auth.nouissima. num. 22.C.de inoffic. testam.Pro hac lim.pondero l.Item si uerberatum.in fi. de rei uend. & c. nouimus iuncta glos. à pluribus. de uerb. sign. Moder.Genu.in rep.ad. l. diffamari in 99.q.num.113.C.de ingen. & manu. Neuiz. in sua Syl.nup.lib.5. Ferret.consi.176. & de cõmu. opin.uide Rip.ad l.4.§.hoc autem iud. nu. 107.ff.de dam.infec.Soc.Iun.consi.107. num. 40.lib.3.lim.in dote.nam opinio unius docto. pro causa dotis præfertur communi opinioni secundum Feli.ad Rub.de sponsali.in 9.priuil. nume.6.& ad c.1.num. 54.de constitu. Comu. opinio.consideratur expondere, & autoritate

doct.

fideicommissum uniuersale restituere. Bar. hoc not. ad d. l. 1. nu. 9. de leg. 2. ubi. Ias. nu. 96. An habeat locum tam in cessione, quàm in delegatione. Crot. ad l. j. nu. 40. cum seq. & ibi crauet. nu. 190. & seq. de leg. 1. Tiraq. in trac. deutroq; retrac. tit. 1. §. 26. glo. 1. nu. 45. cum seq. Cepol. caut. 140. cōmunis. Ias. ad l. cum secundum. C. de fideicōmiss. nu. 2. In mat. Ant. Rub. ad l. nō solum. §. morte. num. 15. ff. de nou. oper. nunc.

122 *L. Sciendum. quæ est l. 2. ff. de leg. 1.*

Qui testandi ius habent, fideicommiss. relinquere possunt. Vltra latiss. tradita hic per scriben. præsertim per Recent. nostros Add. quòd per reg. huius l. ubi Bar. & alij not. Ias. ad Rub. hoc eod. tit. col. pen. num. 18. reprobat dictum Ang. in consi. 7. colum. fi. Et intell. hunc tex. in eo qui de iur. com. testamentum facere potest: secus si de iur. speciali alicui permitteretur facultas testandi, qui de iur. comu. non poterat: nam hic nō sequitur &c. Dec. cons. 512. ubi addit quòd si is semel fecerit non possit iterum mutare. Socin. iun. consi. 89. lib. 1. cui multi se subscribunt. contrarium tamen uidetur uerius per l. cum hic status. §. similes. ff. de donat. inter uir. & uxor. l. si quis in prin. §. miles. de leg. 3. L. Marcel. ff. de don. cau. mor. & facit quia licet regula sit quòd rescriptum est stricte interpretandum, non habet locum in concedente, quia

contra ipsum est late interpretādum Dec. consi.453. Item facit dictum Bar. ad l.1.§.lex falc. in fi.ff.ad l.falci.ubi extēsio passiuè potest fieri præsertim cum hic per modum regulæ sit facta æquiparatio.Soc.iun.consil. 6.nume.23.lib.1.

125 *L.Si ei.quæ est l.2.§.Furiosus.ff.de iur.Codicill.*

Hunc tex. in illis uerbis in omnibus, & per omnia. Ang. hic reputat singularem, & dicit quòd raro reperitur in iure talis modus loquēdi, tu dic esse uerum de iure ciui. Sed de iure cano.sunt plures tex.similes his uerbis utentes. in capitulo grandi. circa medium. de supplen. neglig.prælat.in 6.in c.fundamenta.post med. de elect.in 6.& in clem.exiui de paradiso.§. circa æquorum.de uerb.signif.Add.quòd uis istorum uerborum est quòd inter duo subiecta nō debet esse aliqua differentia scd̄m. Ang.hic. & alios. lim.tamen ut non trahatur ad insolita,& inhonesta,& cum difficultate cōcedenda. Ant. de Butr.in consi.19.refert Ias.ad l.1.num. 20. cum seq.de leg.1.ubi alij.Item lim. nisi sequatur aliquod absurdum uel inconueniens, uel quis indebite damnū patiatur.arg.l.scire oportet.§.aliud.ff.de excus.tut.& l.2.C.de nox.Ang. cōs.6.Ias.ubi supra. & ibidem Alex.Soc. & alij reprobant. & de istis uerbis uide per Paris. consi.38.nu.5.lib. 4. late, & copiosè per Rolan. à Vall.consi.60.num.27.cum plurib.seq. lib.1.

§.Quos

124 §. *Quos autem. inst. de bono. poss.*

Prætor non potest facere aliquem ipso iure heredẽ. Quomodo hoc intelligatur post Porti. hic colum. 2. num. 3. uide per Paul. de castr. ad Rub. C. qui admitt. ubi Alij & Dec. in 3. lect. post prin. affert nouum intell. Sed contra eum quòd iste tex. generaliter intelligatur.

Dico quòd intelligitur iste. §. respectu eorum quæ supra proxime dixerat in fi. prin. uide licet quòd quãdo prætor una cum iure ciui. uocat etiã remota bon. poss. ad eos pertinet hæreditas de iur. ciui. hic sequitur quod quando solus non concurrens cum iure ciui. Prætor uocat adhæreditatem, non fiunt ipso iure hæredes, Quia Prætor nõ potest. Alc. lib. 3. Parerg. cap. 3. Vacon declr. 104. Bellon. lib. 1. supput. ca. 10. & lib. 4. cap. 19. fortu. garzi. ad l. iurisgen tium. §. Prætor ait. num. 8. ff. de pact. Ias. ad. l. 1. §. bonorum. num. 16. ff. ad trebell.

125 *L. Eo tempore. §. fi. ff. de pecul.*

Ad uers. neque enim. not. Bar. quòd dictio ex. denotat causam immediatam. Add. Dec. ad Auth. siquis in aliquo. C. de eden. ad l. non dubium. C. de legi. ad Rub. C. qui admitt. nu. 13. Add. quòd aliquando accipitur improprie secundum subiectam materiam pro causa mediata, uel etiam simul propriè & improprie diuersi

ſis reſpectibus, ut per Dec. conſi. 69. colum. 1. nu. 7. Alber. Perg. in tract. de præpoſ. num. 25.

126 *L. Malum. in prin. ff. de verb. ſignifi.*

Pars propriè dicitur illa, ſine qua totũ conſiſtere non poteſt. In mat. uide Soc. & Iaſo. ad Rub. ff. de leg. 1. ubi Lud. Alua. nu. 14. & quot modis accipiatur totum, & pars, Bart. ad l. recõiuncti. de leg. 3. Vacon. lib. 4. decla. iur. ciui. cap. 155.

127 *L. Si filiusfam. C. de petit. hæred.*

Ex diutina poſſeſsione ſolẽnitas extrinſeca præſumitur. Vide Iaſ. ad l. ſciendum. nu. 16. de uer. oblig. ubi de comu. teſtatur. & ibidẽ Alex. colum. 5. & conſi. 12. Viſo proceſſu colu. pen. & conſi. 17. nu. 8. lib. 4. Diaz. reg. 310. Iaſ. ad l. 1. colu. 4. & 5. per tot. C. qui adm. ubi Zuccar. & alij. Hippol. ſing. 323. Dec. conſi. 341. col. 6. poſt med. in conſil. 558. colum. 2. nu. 5. cra. in tract. de antiq. temp. 2. par. nu. 11. & 3. par. num. 13. Felin. ad cap. ſicut. num. 26. cum ſeq. extra, de re iudi. & nu. 29. ubi lim. in mandato. uid. cra. ubi ſupra. 2. par. prin. nu. 59. cum ſeq. Guid. Papę deciſ. 13. Dec. conſi. 36. Feli. ad d. c. ſicut. num. 31. in fin. Dec. ad d. l. 1. num. 9. in 1. lect. C. qui admitt. Add. Soc. iun. conſi. 56. nu. 6. lib. 1. Ioan. Cæph. conſi. 148. nu. 18. lib. 1. Crot. conſi. 5. ad fi. Gozad. cõſi. 73. In mat.

Roma. consi.252. per decisione,num.3.Dec. consi.222. uiso puncto. nu.9. & consi.442.in causa.nu.21.& consi.486. uisis. nu.10. & seq. & consi.409.uiso. in princ. Ancha, consi.176. præmittendum.nu.2.& consi.117.satis. Quid requiratur ad hoc, ut solennitas extrinseca ex diuturnitate temporis præsumatur. Vid.nouiss. & acutiss.Perus.nostros Thob. Non.consi.58. num.12. usque ad num.16. ubi ponit tres declarat.in hac mate. primò si pars cum qua agitur solẽnitatem non neget.secundò si scientia & patientia eius cuius consensus exigitur, intercesserit.tertio si fimus in eo qui actum poterat explicare:aliàs.n.secus esset,ut ibi per eum.

128 *L. Quoniam indignum.C.de testam.*

Add.Moder. Sabinen.lib.4.declar.iur.ciui. c.124.& 126.Lud. Aluar.ad Rub. de leg.1.nume.55.Paul. Leon.in tract.substi. sub Rub. de compendi.nu.326. Socin.iun. consi.183.nu. 16.uolum.2.& consi.179.nu.77.eod. uol. Nouam declarationem ad hunc testum tradit elegãter Oddus in suo pulcherrimo tractatu cõpend.parte.4.q.2. artic.1.uersic. ego pro plena,& partic.5.q.5.can.108.uersic.unde dic.

Ad uersi.quæ fortè seminecis &c.uide Alex. consi.12.colum.2.num.6.uolu.1.& consi.33. ponderatis uerbis. colum.2.num.6.libr.3.per

Dec.

Dec.ad l.discretis. numero.17.C.qui testa.facer.poss.

129 *L. Habebat. in princ. ff. de insti. act.*

Qui restringit se ad unã causam, si nõ probat debet succumbere. Ad hanc reg. add.Fel. ad cap.2.colum.12.de rescript. & ad cap. licet.colum.20.de probat. Soc.ad l. naturaliter. §.nihil commune.num.2. & 3.ff. de acq. poss.

130 *L. Emancipatus. quæ est.l.j.ff.si a par. quis fue. man.*

Ad istum text.uide Vacon.lib.4.declar.iur. ciui.declar.151.Et de intell.post glos.& Bar. hic Alex. ad l.stipulatio hoc modo concepta, colum.fin. ubi etiam crot. & alij. ff.de uerbo. oblig.late Dec.post alios ad l.fi.C.de pact.numero.29.uersi.2.principaliter.& ad l. pactum, quod dotali. C. de collat. nume.16. & ibi alij. crot.ubi supra.num.114.& Zas.num.25. Vacon.lib.5. declar. 215.

123 *L. Illud.ff. de acqui. hæredit.*

Qui uult consequens, uult & necessarium antecedens.Ias.ad l. Gall.nu.26.2.lect. de lib. & posth.ad l.Centur.nu.58.de uulg. & pup.ad l.q̃ de legato,nu.17.de leg.1. Bart.ad l.j.nu.3. sup.eod. de acqui.hæred. Rip.ad l.is.cui bonis

nume.

nume.34. de uerbo. oblig. Euerard.late in sua centu.in loco à concess.conseq.colu.2.uers.2. argumentum. Quomodo procedat reg.huius. l.Soc.iun.consi.44.nume.2.uolum.3.

132 *L. Æris alieni.C.de donat.*

Donatarius certæ rei non tenetur ad onera debitorum: Sed debet cõueniri uniuersalis hæres donatoris. Add. quòd donatarius partis omnium bonorum non tenetur ad æs alienũ. Dec.consi.237.& 387.faciunt not.per Barto. ad l.si quis seruum.§.fi.nu.2.de leg.2.cor.consil.289.col.5.uolu.4.

133 *L. Cùm non solùm. quæ est l.fin.§. necessitate. C.de bon.quæ liber.*

Filius non potest esse in iudicio siue consensu patris.uid.Soc.in reg.151.filiusfam. ubi ponit.13.Lim.Bal.consi.217.lib.2.& consi.517. & 592.uolum.3.corn.consi.218.lib.1.Felin. ad c. edoceri. & ad cap. nonnulli.extra,de rescrip.Maran.in tract.de ord. iud.4.par.16.distinct.nu.18.52.55. Affl.dec.180. Rom.consi.56.Guid.Papa, consi.136. & 87. Aret.consil.36.160.& 72.q.7.Guid.Papa.q.54. & 410. Marsi.in pract.crim.§. expedita.Bal.cõsi.193. & 492. uolum.3. Fulgos. consi.175. in princ. Aret.ad.§.actiones autem. nume.14.instit. de actio. & ibidem alij. Dec.ad cap.decernimus.

F nu.

nu.50.de iudi.cott.in memor.in uersi.filiusfa. non potest.Ampl.Mar.sing.40.uide per Viui. ✻ lib.1.*commu.opin.in uersic.filiusfam.nõ potest.Paris.consi.147.nume.16.lib.4. An pater posit per procuratorem cõsentire filio agenti.Doct.hic.& not.Tiraq.post.ll.cõnub.glo.4.nume.28.&34.& glos.5.nume.24.fallit.hic tex.patre absente.Tiraq. ubi supra glos.6.q.1.nume.9.fall·etiam si pater est bannitus. Tiraq.d.glos.6.q.4.num.35.& ibidem ponit alias limit.ad hunc tex.num.72.134.& 143.

134 *L. A. Titio. in fin. ff. de furt.*

Legatum transit recta uia in legatarium.Vi de Rip.ad l.j.num.25.& 27. Ias.76.82.& 115. cra.num.56.cum seq.& alij omnes repet.ff.de leg.1.Soc.in reg.221. legat.Ias.ad l.filiusfam. §.diui.2.lect.nu.116.de leg.1.& ad l.seruum filij.§.fi.num.9.eod.tit. Vinc.a sala.ad l.filium quem habentem.num.7.C.fam.hercisc.Tiraq.post.ll.connub.glos.7.numer.54.Ang.a gambel.in tract.de testam.glos.23.nu.2.uolum.7.tract.in legato condic.Dec.ad l.omnia.nu.5.si cert.pet.Rip.ad l.fideicommiss.num.50.ad Trebell.

Tu aduerte ad hunc text. quia ego dico, ꝙ ille seruus qui committit furtum, non est seruus neque hæredis, neque legatarij nondum

adita

adita hæreditate, quòd non esset hæredis ante aditam hæreditatem probat hic text. ibi, nec tunc cum faceret furtum eius fuerit, scilicet hæredis, qui nondum adierat hæreditatem, ut dicit tex. in prin. ibi ante aditam hæreditatem. Quod non sit legatarij, nec uerè, nec ficte probo. Nam legatum non debetur nisi à tempore aditæ hæreditatis, iurib. uulg. & sic uere non est legatarij. Quod autẽ nec ficte probo, quia sicut hæreditas nondum adita, non dicitur hæredis, ita nec legatum legatarij. Sed cuius erit ista hæreditas & istud lega. eo tempore? dic quòd nullius, sed stabit impendenti donec adita fuerit postea autem legatarij legatum; ratio ponitur in fi. quia ea quæ legãtur recta uia ab eo qui legauit ad legatarium transeunt, intellige post aditam hæreditatem, quia alias hæreditas stat in pendenti, & spes tantum est quæ transit in hæredem, & in legarium ante aditam hæreditatem.

135 *L. Tam is. §. filiusfamil. ff. de donat. caus. mortis.*

Filius põt donare causa mort. patre permittente: sed testari non. Vide crem. not. 70. crauet. consi. 92. Cæpoll. caut. 113. Soc. reg. 153. Io. dilect. in tract. de art. testan. tit. 1. cautel. 1. Tiraq. post. ll. connub. gl. 7. nu. 9. gl. 5. nu. 93.

in fin.& gloss.8.numero.144. & 117. Rim.ad prin.inst.de donat.num.499.cappell.Tholos. dec.10.& ibi in addit.ad eam.Soc.ad l.2.nu.8. de leg.1. ubi de ratione quare hoc fuerit inductum,post Io.petru.nostrum ad l.pen.C.qui testam. fac. poss.Pontan.noster ad d. l.2.nu. 11. cum seq.& ibi Soc.Iun.nume.13.Quo ad bona aduentitia in quibus patri nō quæritur usufructus, uide Alex.ad.d.l.pen. C. qui testam. fac. poss. & ibi Iason.post Rom.ad Auth. similiter. C.ad l.falc.& Rom.consi.512.Aym.cra.d.con sil.92.Add.quòd eiusmodi donatio nō reuocatur pœnitētia unius tantum sed requiritur consensus patris,& filij, quemadmodum in faciendo.Guid.Papæ.q.223.Tiraq.d.ll.connub.glo. 3.numero 83.q.6. Didac.ad Rub.extra,de testam. 3. par. numero 6. Contrarium quòd pater solus posit reuocare,post. Bar. & alios. in locis de quibus ibi.Ponta.ad.d.l.2.numer. 14. in fin.ff. de leg. 1.

136 *L. Titia seruis quibusdam. §. fi. ff. de man. testam.*

Vide ad hunc text. Alc.l.Paradox.5.cap.4. Euerard.ī loco à cōtrario sensu in 2.q.2. Lim. mihi fol.189.Doct.ad l.actione.ubi Dec. col. 2.numero 5. C.de transact. Bellon.l.2.supput. cap.17.Io.Crot. ad l.1.§. si stipulanti. nume.2. ff. de

ff. de uerbo. oblig. Stepha. forcat. in Necyoman. iur. dial. 93 .numero 3 .Didac. de testam. par. 2. cap. 4. §. 1. numero 9.

137 *L. Cùm hæredes. in princ. ff. de acq. pos.*

Adita hereditate omnia iura transeunt in heredem, sed possessio non. uide Mates. not. 43. Doct. ad l. fi. C. de edi. diui. Adr. tollen. Ias. ad l. quoties. num. 32. Vbi lim. C. de rei uendic. Afflic. decis. 145. & 167. Quid in eo qui succedit nomine dignitatis & non nomine siue iure hæreditario: Dic transferri possessionem sine apprehensione, ut in Episcopo. Tiraq. in tract. le mort. seyset. 1. par. 2. declar. & quid in ingrediẽte monasterium cum bonis. Tiraq. ubi supra par. 1. 2. declar. num. 3. Quid in rebus feud. dic transferri ipso iure sine alia apprehensione. Tiraq. ibi. 4. declar. nume. 7. Coras. lib. 6. miscell. cap. 12. Bellon. lib. 4. supput. c. 15. & 18. Cotta. in memo. in uer. feudum uiuo. Ad hunc tex. Tiraq. ubi supra. in præfat. 8. declar. numero 1. Et dum excipit de possess. Vide doct. in l. j. Vbi Bologn. nu. 148. ff. de acquir. possess. & nu. 166.

138 *L. Patri datur. ff. ad l. Iul. de adult.*

Patri datur ius occidendi adulterum cum filia. Ampl. hunc tex. ut patri liceat occidere fi-

liam in adulterio etiam prægnantem. Bart. ad l.Imperator la. 2.nume.2.ff.de stat.hom.De ratione Rom.sing.756.In mat. an,& quando,& qualiter patri, uel marito &c.Marſ.ad l. Patri uel marito.de quęst.Nouiſſ.ad hūc tex.& quòd quinque requirantur ut procedat eius decisio, Iul.clar.lib.5.ſent.§.homicidium. uerſic. Dixi etiam.ubi Ampl.hanc deciſ.etiam in Clerico adultero, & in iudice uel magiſtratu.

139 *L.ſiquis cum ſciret.ff.pro emptore.*

Qui emit ab eo quem ſcit conſumpturum precium,bonę fidei eſt,niſi ſciat eum conſumpturum in aliquem malum uſum.uide ad.hunc tex.Alex.ad l.ſi cum dotem.§.1.ff.ſolu. matri. Aret.conſil.81.nume.2. Zaſ.lib.antinom.col. 4.Rip.ad l.ſi is qui bona.num.12.ff.de pigno. & ad l.ſi is cui bonis.nu.11.ff.de uerb.obl.ubi poſt eum latè dixi hoc anno profitendo.& in tit.de donat.4.reſponſ.nu.9. Felin.ad cap.paſtoralis.nu.4.extra.de iudic.Stef.coſt.in tract. de ludo.6.artic.nume.2.& 3.in 4.uolum.tract.

140 *L.ſi quis mihi bona.§. iuſſum.ff.de acq.hære.*

Iuſſus pręcedere debet,autoritas ſequi.ADD. Rom.conſil.54. Capit. deciſ.13. Bellon.lib.3. ſupput.cap.2. & cap.8. Tiraq.poſt.ll.connub. glo.6.in princ.& nume.6. per Gozad.conſil. 94. nume.48.

141 *L. Per hanc.quæ est l.vnic.C. de his qui ante aper.tab.*

Hæreditas non adita aſcendẽtium tranſmittitur ad poſteros per liberos inſtitutos morientes etiam clauſis tabulis. Ad declar.huius l.Gozad.conſil.80.num.7. Vbi quod non procedit in hæreditate delata aſcendenti. Alexand.Iaſo. Dec.Rim. Bolog.& alij lat.ad l. emancipata. C.qui admit.ubi diſputant an̄ diſpoſitio huius l.quæ loquitur in hæreditate de iur.ciui.habeat locum in bon. poſſeſſ.de iur. Prætor. Ad hunc tex. ibi licet non ſint inuicem ſubſtituti. uide Polit.in tract. ſubſtit.in mat. uulgar.ſubſt. par.3.nu.86.cum ſeq.Paul. de Caſtr. ad l.uentre.colu.fi.de acqui.hered.In mat.add.Moder. mant. Franc.Burſa.conſi.60.fuit aliàs, num.1. & ſequen.

Ad glo.fi.hic.quòd fideicommiſſum conditionale &c.Lim.niſi de contraria uoluntate teſtatoris appareat. Et an iſta uoluntas defuncti debeat colligere ex uerbis ipſius teſtamenti, an ex alijs teſtamenti dictis.Soc.ad l.hæredes mei §.cum ita.ad Trebel.tenet ptimam par.per tex. in l.Gallus §.1.ff.de liber.& poſthu. ibi qui ex uerbis concipi poteſt.contr.& ſic ſecundā tenet Soc.in conſil.6.lib.3.Pariſ.conſi.77.& 78. lib.2.& conſil.5.lib.3.facit doctr. Bart.cōiter approbata ad l.ij. de uulg.& pupil.nume.33.

Aret.ad dicta l.uentre. Tiraq.in tract.le mort. 2.par.declar.16.nume.3.& 5. Gozad.in l.qui se patris.nume. 119.C.unde libr.Forcat.in necioman.iur.dial.87.num.3.Paul.leon.in trac. substit.sub Rub.de uulg. nume.151. cum seq. Dec.consi.417.Paris.consi.83.lib.2.& consil. 91.nu.19.&41.& consi.92.nu.57.& consi.99. quod est pen. lib.2.de cõmu.latè Soc.Iun.cum subscript. Curt. & Paris.ad idem consil.117. per tot.lib.1.ubi respondet not. quinq; rationibus in contrarium. Idem Soc.Iun.consil.141. lib.2.ꝙ ex coniecturis trãsmittitur. Idem Soc. Iun. cõsi.146.& 167.lib.2.cũ gl.hic est comu. & uerior etiam contra suos,Paris.consi.21.nu. 1.lib.3.cum reg.huius gl.contra gl.in l.is cui. ff.de actio.& oblig.pro comu.Paris.consil.50. nu.1. & 2.lib.3. Demum contrarium in q. sua tenet.nu.10.cum plurib. seq.& 44. quando ita constat esse ex coniecturis de mente testatoris.Idem Paris.consil.52.nu.71.& seq.eo. uol. 3.Lim.reg.huius gl.quando uocati sunt etiam liberi substituti.Paris.consil.38.num.11.&16. libr.2.post Soc.&alios ubi ibi.quòd ex coniecturis transmittatur. Idem Paris.consil.75.colum.fin.lib.2. & consil.76.77.& 78.& consil. 37.si bona.colum.fi.eod.uolum.2.Dec.consi. 574.& 594. colum.pen. Paris.consil.3. nume. 37.46.& seq.lib.1.Gozad.consil.29.num.10. Soc.Iun.consil.101.nu.2.lib.1. Rui.consi.79.

lib.

lib.3.& consil.152. & 122. eod. uolum. latè Crauet.consi.306.Grat.conf.101.lib.2.Rom. consil.480. Curt.Iun. consil.69. Idem Grau. latis.in repet.ad l.cum filio.2.par.nu.33P.cum plur.seq.de leg.1.Vbi cumulat 10.coniecturas ad transmissionem fideicommissi conditionalis.Subtiles Moder.nostri in Tractatu cõpend. substit.par.6.Arti.2.concl.5.Cephal.conf.37. per totum. latis. Gabriel.de Hæred.inst.lib.4. concl.2.fol.438. no. Alc.consil.585. per tot. Bero.consil.107. per tot.uol.2. & consil.108. Et limitationes eiusdem regulæ, & ampliationes per eosdem Mod.nostros d.part.6. cart. 185.& seq.

142 *L. Aliud est vendere.ff. de reg. iur.*

Declar. hanc reg. procedere quando, qui consentit,non est perfectè dominus. Sed quando ille qui consentit est plenè dominus, ipse intelligitur uendere. Docto.hic.& not.Tiraq. in tract.de.ll.connub.gloss.3.quæst.2.& ad l.si unquam.C.de reuoc.donat.Rim.ad prin.inst. de donat.num.500.& 501.in fin.In mat.Bursat.consi.30.ommissis. nume.30.numero 30. & 31.

143 *L. Campanus.ff. de oper. libert.*

Vide Bar.ad l.nuda ratio.colum.2. in prin. num.2.ff.de donat.Ias.ad l. iurisgentium §. sed

cum

cum nulla.nume.28.ff.de pact.Dec.ad reg. erius per errorem. ff. de reg.iur. Menoch. in tract.de arbitr.iud.l.2.centu. 1.cas.88.nu. 57.

144 *L. Sicut. §. uenditionis. ff. quib. mod. pign. uel hyp. solu.*

Venditionis appellatione continetur omnis actus per quem dominium transfertur etiã ex ultima uoluntate. concordat tex. in l. statu liberi. §. quintus. ff. de statu lib. Declara ut per Bald.ad l.uoluntas.colum.fi.uersi.scias tamen. C.de fideicomm.Alciat.ad l.alienationis.uers. & ibidem. ff. de uerb.signif. Hotoma. in commen. uerb. iur. in uerbo Emptionis. Per hunc tex.Ias.ad l. cum rem alienam.colum. 1. in fin. nume.5. C.de Legat.limi.reg.negatiuam illius legis,quòd legatum rei alienæ factum testatore ignorante non ualeat, ut non procedat per hunc tex. quando testator disponeret legando cum consensu domini,secundum Bald.ibi col. pen.& post eum Salyc.& hunc text. reputat singul.Bal.ad ca.1.§.præterea.quibus mod. feud. ammit. & ad l. uenditioni. C. de usucap. pro empto.Ampl.hunc tex.ut per Bald. & Sal.ad.l. cùm rem alienam. ubi Ias. refert colum. 2. in princ.Lim.ut per Alex.consil.20.num.11.uol. 3.Bald.ad c.1.in princ.de prohib.feud.alienat. Lim.per no.per Bal.ad l.1.C.de sacros.eccl.in

lect.

lect.noua in repet.col.3.uersi.deinde quero:refert Ias.ad d. l.cum rem alienam. nume.6.adde in mat.remissiue per Petr. duen. reg.249. emptionis.

145 *L.cùm ij.quæ est.l.prima.C.commun.de legat.*

Vide ad quid eã citet Aret.ad l.1.col.2. circa mediũ.de lega.1.Alci.contrà tenet ad l.pecuniæ uerbũ.§.actionis.ff.de uerbo. signif. in lit. c.colum.fin.In mat. Diaz.reg.13.Nouiss.Bursat.consi.32.D.Io.Pertus.num.13.

146 *L.fundum.ff. de exception.*

Vide Coras. l. 2.miscell.cap.5.Mara.de ordi.iudi.4.par. 20.distinct.Rip.ad l. naturaliter §.nihil commune.nume.145.ff.de acquir. pos. & ibidem Fab. Acorambo. nume. 87. Orman. det.nume.90.Coras.nume.77. Ias.ad.§.præiudiciales.in princ.Insti.de act.Io.bapt.ferr.consil.175.in princ.

147 *L.In causæ.la.1.§.fi.ff.de minor.*

De ratione huius tex. per Soci. Iun. consil. 52.in fi.l.2.crauet.consil.7. nume.15. Io. Cepha.consil.215.nume.29.l.2.

148 L. *Cùm hæres.ff.de diuer. & tempor. præscr.*

Quod defunctus non potuit usucapere, nec hæres poterit, licet ignoret uitium defuncti.uido

de Boer. dec.42.nume.28.1.par. Cagnol.ad l. quod ipsis.nume.1.de reg.iur.Soci.reg.389.in mat. nouis. Port. imol.l. 4. concl. 1.

149 *L. Ea uero. quæ est. l. 3. §. de illo. ff. pro socio.*

Hæreditas ex testamento non dicitur legitima.ita tex.hic. & no.glo.in uersi.ex testamento: quæ uult quòd etiam illa dicatur legitima cõfirmatione. de quo latè per Ias.ad l.unicam colum.2.C.quan.non peten.par.declarat Alci. l.4. paradox. cap.7.Bellon l.3. Supput. cap.7. Dec. ad.d.l.unicam.nume.3.& ibi alij Zuccar. ad l.fi.C.de edict.diu. Adr.toll.num.151. Forcatul. in necyom.iur. dial.99.nume. 5.Fernan. uasq. de succes. creat.in præfat. nume.17.& §. 10.nu.41. De sensu huius.l.Alc. cõs.97.nu.45.

150 L.*Si quis argumentum.§.pe.& fi.C.de donat.*

Ad intell.huius legis in.§. pen.ui.Imol. ad l. cum ex causa.ff.de re iud.latè Aret.ad §. in personam.uers.aduertas tamen.colum. 4. insti. de act.Alex.ad l.2.colum.2.nume.7.de leg. 1.ubi quòd habet locum hic text. in donat. causa mort. ut in ea sufficiat pactum nudum: & est communis licet contrariũ Imo.ubi supra. Soc. ad d.l.2.nu.10.cum seq. late Fortu. garzi. ad l. iurisgentium.§.quinimmo. num.78.ff.de pact.

Iul.

Iul.clar.l.4.ſent.§.donatio q.14.Pedemon.decif.120.nume.5.& 14.

An in hoc pacto nudo requiratur expreſſus conſenſus, uel præſumatur. Dec. ad Rubric. C. de pact. numero 4. & in conſilio 345. An hæc deciſio habeat locum in donatione tacita & præſumpta, Tiraq.ad l.ſi unquam.in uerſ.donatione largitus.nume. 152. 166.& ſeq. C. de reuo.don. An habeat locum in pacto de donādo. Aret.ad d. §. in perſonam. col. 4. Riminal. ad. §.1.inſti.de donat.nume. 145. Plura in mat. huius l. An & quando & in quibus caſibus procedat caccialup.in tract. de pact. q. 6. colum. pen.& ſequ.Fortu.garzi.ad l.iuriſgētiū.§. quinimmo.nume.76.ff.de pact.Rip.ad Rub. ff. de uerb.oblig.nume.24.Hyer.Zannet.in tract. different.inter ius cano.& ciui.nume.97.Bologn. ad Rubr.C. de pact. num.41.& ſeq. Viui.lib.j. com. opi. in lit. actio.uerſi.lex ſiquis argentū. 14.opi.Salic.ad l.legem.nu.8.C. de pact. Annib.de cano. in repet.ad l.nemo poteſt. nume. 133.& 240.ff.de leg. 1.Rim. ad princ.inſti. de don. nu.267.282.291.133.211.220.362. & ad §. 1.eo. tit.nume.145.147.& 150. cum ſeq. cagn.ad rub.C.de pact.nume.16. Forcatul. in necyoman.iur.dial.69.nume.7. Quòd iſte tex. non habeat locum in donatione remuneratoria, Garzi.ad d.§.quinimmo.num.69.Iul.clar. d. §. donatio. q. 14.

L.Si

251 *L. Si seruus. quę est l.j.ff. qui sine ma.ad lib. perue.*

Adde de hoc tex. post doct.ad l.ij.de leg.1: Marſ.ſing.63.donatio.Corn. conſi.68.ardua. nume.12.uolum.3.Rimi.ad princ.inſti.de donat.nume.688.Soci.Iun.ad d.l.ij.num.86. Di dac. coarru. Rubr. extra de teſt.3.par.nu.24.

252 *L. Si voluntate.C.de dot.promiſ.*

Si aliquis ex dotantis uoluntate in inſtrumento confiteatur ſe plus recepiſſe quàm non receperit poteſt: ad id quod nō recepit agere, quamuis non poſſet ſi eſſet cōfeſſus non ex uo luntate dotantis.l.qui pecuniam.ff.ſi cert. pet. Lim.in caſu de quo hic per Bar.poſt gl. & uide Soci.ad l.j.nume.70. 72.cum ſeq.ff.ſol,matri. Guid. Papæ,q.363. nume.3. Marſ.ſingu.345. Pariſ.conſili.86.lib.3.

253 *L. Hac conſultiſſ.C. q^u^i teſta. fac.poſ.*

An iſta lex & eius ſolennitas habeat locum in donat.cau.mor. facta à cęco:quòd non,Soc. ad l.ij.nume.13. de leg.1. ubi Ponta. noſter. num.31.dicit comm.Iaſ.in conſil.26.l.j.& 82. l.3. teſtatur Boer. deciſ.240. nume.20. Rimi. ad princ.inſt.de donat.nume.626. Lim.ut per Cepha.conſil.72.nume.21.par.1.& quis dicatur

tur cæcus in terminis huius l, Vid.per Natt.cõsil.210.nume.1.& 3. ubi quòd si cæcus faciat testamentum inter liberos, non tenetur obseruare solemnitatem huius l.

154 *L. Blanditus, C. de fideiuss.*

Fideiussor obligatur per stipulationem. Declara, ut per Alci.l.j. parerg.c.3. Ias. ad l.j.nu. 7.ff.de uerb. oblig. Bald.ad c.1. colum.2.de pact.& ibi Eelin.colum.fi.Ias.ad l.sciendum. colum.1.de uerbo.oblig.cotta in memorab.in uerb.fideiussor.

Ad glo.hic.in fin.quòd mens magis quàm uerba spectetur, adde Tiraq.ad l.si unquam.in uersic.libertis, nume.42. C. de reuoc.donat. & nume. 47.cum seq.

155 *L. Si tibi. C. locati.*

Declara ut per Alci. lib.1. pereg.c.4. & ad Rubr.de uerbo.obliga.col.7. num.15. & ad l. bonæ fidei.C.de pact.Iaco. Niger ad d. Rubr. nu.43.& Torniel.nu.72.& 78.Butigel.ad l.lecta. nu.46.ff.si cert.pet.Franc. Cur. ad l.legem quam.nume.21.C.de pact.& ad l.petens.num. 47.eo.titu.

156 *L. Mulieris appellatione.ff.de verb.sig.*

Vltra Alc.hic late, uide Rip.ad l.ij. §.si spon

ſa.num.19.ff.de priuil.credit. Steph.Forcat.in necyomant.iur.dial.21.nume.4.

157 *L. Non puto.ff. de iure fiſci.*

Vide doct.ad.l.j.ff.ſolu.matri.ubi Alex.col. 1.Soci.nume.6.cum ſeq.Iaſ. nume.37. Ponta. noſter.nume.4.& 5.Bulg.nume.5. crot.num. 16.& 18.camil.uiſitar. nume.31. Soci.Iun.nu. 24.cum ſeq.Rui.nume.10.Dec.ad l. in ambiguis.nume.3.ff.de reg.iur.& ibi cagno.nume. 5.Alci.de præſumpt.reg.3.præſumet.41.num. 3.Bald.Nouel.in tract.de dote.9.par. princ.in 1.priuil. Rip.ad l.ſi debitor.num.7. de pignor. & hypot. Arct.ad §. fi.inſti.quibus mod. teſta. infirm. & ad §.ſi quis agens.in fin.de act. ubi Iaſ.adde not.repet.ad hãc l.per Gribal.& poſt cum per Nicol.pign.ui. Didac.coua.uariarum reſolut.lib.1.capit.16.nume.1. cum ſeq.latis. in quibuſdam addit.ad Matheſ.in not.71. nota unam regulam . Nat.in conſil.314. nume. 13.uolum.2. cagnol.ad l.5.C.de eden.nu.66.

158 *L. Mouentium.ff. de verb. ſignif.*

In Mat. an iura & actiones ueniant appella tione mouentiũ mobilium, & immobilium, Soci.in reg.198.nume.1.& 2.Soci.Iun.conſil. 51.colum.2.& fi.& conſil.79.& 97.colu.fin. lib.2. Tiraq.ubi infra . Munitiones caſtrorum ut

ut bombardæ & similia, an sint immobilia, per Tiraq. de retrac. §.1. glo.7. nume.95.

159 *L. Verbis legis. 13 tab. ff. de verbo. signi.*

Post doct. hic ui. Vacon. lib.4. declarat. iur. ciu. c.126. Pet. crisp. ad Rubr. de lega.1. num. 100. & ibidem Aluar. num..46. & 48. Soc. iun. num.67. & 69. Phil. Por. consi.23. nu.13. Fortu. garzi. ad l. gallus. in princ. num.3. ff. de lib. & posthum. Sed eius declaratio non placet: quia iure non probatur. Vel ulterius posset forsitan intelligi quantum ad res, de quibus testator uelit disponere, non quantum ad personas, & ita superioribus annis dixi profitendo ad d. l. Gallus. §. & quid si tantum. ob contrarium. §. posthumo. inst. de legat.

160 *L. Boues. versi. hoc sermone. ff. de uerbo. sign.*

Dispositio, seu promissio aliqua, intelligitur de primo actu. late in mat. ad hunc tex. per Tiraq. hic ubi multa congerit, per Fel. ad c. innouamus. extra. de treug. & pa. ubi 7 mod. lim. Bello. lib.4. supput. c.16. Lim. Bal. ad l. inuitus. C. de procu. & ad l. in fideicōm. §. si quis decē. de leg.3. Ias. ad l. diuortio. §. quod in. ff. sol. matr. num.12. cum seq. & ad l. edita. num.8. & 27. & ibi Dec. C. de eden. Ias. ad l. inter stipulantem. §. sacram. num.27. ff. de uerb. obl. Crem.

ſing.76.& 147. Boer. Dec. 131. Lim. ut per Dec.ad l.ſi Ruffinus.nume8.C.de teſt.mil. Iaſ. ad l.prętor ait.§.deinde.nu.11.de no.ope.nun. Alex.conſil.16.uol.4.Port.lib.3.concl.21.ubi ponit.4.ampl.& 14.Lim.declar.Io.Cępha.cõſil. 160.nume.13.uolu. 2. Nouiſſ.copioſs.con gerit materiam 5.l. Gabriel.lib.6.tit.de leg.& conſt.2. cõcluſ.Et quòd diſpoſitio h.§.locum habeat quando ſumus in materia odioſa.ſecus ſi ſumus in mat.fauorabili.Nouiſ.noſtri Peruſ. Thob.non.conſi.18. in propoſita nu.7. & nu. 9.ubi etiam quòd non procedit quando ex ali quibus coniecturis poteſt colligi quòd diſponens noluerit ſe ad illum primum actum reſtringere, poſt Tiraq.hic in 12.Limit.

161 *L. Omnis diffinitio.ff. de reg. Iur.*

Omnis diffinitio in iure periculoſa eſt, rarum eſt enim,& ſubuerti non poſsit. Vide Budeũ, cagno.& alios hic, Alc.lib.ult.paradox.c. 9. & in tract.de præſcrip. quinque ped. poſt med.Contra quem Pontan.noſter ad Rub.ff.ſo lut.matri.num.76.Vide etiam Soci.Iun.ad l,j. nu.240.ff.de acq.poſſeſſ.Coraſ.lib.2.miſcel.c. 6. uigli.ad princ.inſt.de teſtam.nu.25. & ibidem Nonius noſter. num.40. Gribal.de ratio. iſtud.c.12. Ponta.ad l.j. nu.31.ff.de acq.poſſ. Hotom.in com.uet. Iuris.in uerſi.definitio.

L.Cum

162 *L. Cum antea. C. de Arbitri.*

Vide Annib.de canon.ad l.nemo potest de Leg.1.nume.430.437.441.& 443.Marant.de ordin.Iudic.6.Part,uersi.appellatio.num.113. & num.250. cum plur.seq.Zuccard.ad Rubri. C.de pact.post.nu.81.fall.decisio.huius l.quando ex hoc sequeretur enormiss.læsio,Dec.consil.60.colum.fi.Alex.consi.131.si causa. lib.2. Adde ꝙ hęc l.loquitur in arbitris non in arbitratoribus,Bart.ad l.si societatē.§. arbitrorum. nu.16.ff.pro socio.Sequitur Imol.ad l. si conuenerit.ff.de re iud.uide Ias.ad l. Iulianus nu. 23.ff.de condi.indebi.Genera arbitrorum tria sunt,ut per Ias.ad §.omniũ.inst.de act.In mat. Hyppol.sin.467.Ad tex.in uersi.plenius.ubi ꝙ acta coram arbitris facta scribenda sunt, Lim. duobus mod.ut per Soci.in reg.quinta.

163 *L. Octaui. quæ est l. pen ff. vnd.cogna.*

Coniunctus præsumitur scire facta coniuncti.Declar.ut per Dec.not.consil.445.nu.34. & seq.& per Rip.ad l.qui.Romæ.§.duo fratres nume.51.& ibi Soc.Iun.nume.108.ff.de uerb. oblig.An filius pręsumatur scire disposita in testamento patris.doct.ad.d.§.duo fratres.Cra. consi.193.num.6.& seq.in mat.ad hunc text. post Alex. Paul.mod.uide Rip.ad capit.Sæpe nu.43.extra, de restitu.spoliat.Ias.ad l.si auia.

C. de Iur. deliber. Sylu. nupt. lib. 2. numc. 112. Zucchard. ad Rubricam. C. qui admit. numero 45. per Marant. in repet. ad l. is potest. nu. 233. ff. de acquir. hęredit. nouis. philip. port. li. 4. cõncluſ. & regul. ca. 31. Pro intell. ad hunc tex. Soci. Iun. conſil. 80. nu. 88. lib. 2. in mat. Rolan. à Valle conſi. 19. numero 39. lib. 1.

164 *Auth. Niſi breues. C. de ſent. ex breui. recit.*

In breuibus cauſis non requiritur ſcriptura, Addc Matheſſ. not. 1. & 2. Bald. ad l. Imperium ff. de ur. om. Iudic. Soci. in regul. 5. in prima fall. Felin. ad c. ſciſcitatus. uerſi. illiteratus. de reſcript. Rom. ſing. 52.

165 *L. Si fundum. quæ eſt. l. 2. C. de pactis inter empt.*

Pactũ de retrouendendo alicui ſi ullo unquam tempore uellet redimère ualet, & hæredes continet, ultra tradita hic latiſſ. per Cagnol. & Gozad. in repet. huius l. in mat. retrouenden. ui. aliqua per Tiraq. de utroque retract. tit. 2. per totum. Iaſ. ad l. nemo poteſt. num. 12. de leg. 1. Ang. conſ. 199. Forcatul. in Necyom. Iur. dial. 91. nume. 3. ad hunc tex. adde Crau. conſi. 156. Iaſ. ad l. ſi ita quis promiſerat. §. ſcia. numero. 10. ff. de uerb. obli. Pro intell. & Lim.

uide

uide Fab.de mont.in tracta.de empt.& uendit. in 7.q.princ. numero 1.

An istud pactum posit cedi,uide Iaſ.ad l. 1. §.fi.nume.5.de oper.no.nunc.Aret.ad.§. præterea.nume.24.Inſt.de except.

Quid ſi fuerint duo uenditores,alter uult retroemere, alter non. Soci.ad l.1.§.ſed & quoties.ad Trebell.

Adde quòd hoc pactum non pręſumitur uſurarium, eſto quòd modicitas prætij concurrat nisi emptor ſit ſolitus fœnerari, Iaſ. de comm. conſil. 150. & ſeq.lib.2. & ibi quid in datione in ſolutum.

Ad gloſ.hic,quòd admittantur hęredes etiã ſi de iis in pacto reuenditionis mentio facta nõ fuerit,Tiraq. de tract. conuent. §. 1.glo. 6.in princ. Ampl. etiam ſi eſſet adiecta dictio taxatiua,Tantùm,in perſona uẽditoris contra Bertran. ubi ibi in ſingulari ſucceſſore. Soci. uide conſil. 229. col.1.lib.2. & colum.3. ubi ponit Cautelam.

166 *L. Qui filiabus. in princ. ff. de legat. 1.*

Vna pars teſtamẽti declaratur per aliã,ut hic not. per Bar.& Dec.conſil.15.nume.3. uerſic. confirmatur.Gozad.latè conſ.45.uiſis.in prin. Soci. Iun. conſ.95. lib. 1.& conſil.128. nume. 221.& 244.eo.lib.Iul.clar.lib. 3. Sentent.§.teſtamentum q. 76. in 3. reg.

167 *Auth. Res quæ. C. commu. de lega.*

Prohibita alienari in dotem dari possunt, & alijs casibus hic enumeratis alienatio permittitur. Adde post Ias.& alios hic, late Soc. in reg. 12. in uerb. alienare. ubi ampl. & Lim. multis modis. Ias. ad l. filiusfam. §. diui. nume. 97. in 2. lect. de leg. 1. Gozad. consil. 97. nume. 8. Paris. consil. 52. nu. 40. lib. 2. Nouis. Ari. pinel. in repet. ad l. 1. C. de bon. mater. 3. par. fol. 582. Cepol. consil. 38. ad fi. Rip. ad l. ex facto. §. siquis rog. nume. 37. ff. ad Trebell. & in lib. respons. in nou. edit. fol. 114. 3. colu. ubi An habeat locum in dote constituta; & per Bello. consil. 83. crot. ad l. 1. ff. sol. matr. nume. 108. Alex. consil. 3. uolum. 3. uiso processu. Curt. consil. 63. Dec. consil. 376. coras. ad l. qui liberos. ff. de ritu nup. in 2. part. nume. 191. & 193. Guid. Papæ decis. 611. curt. Iun. consil. 59. numer. 2. crau. consi. 19. in fi. Quòd iste tex. non habet locum in prohibit. alien. inter uiuos. An possint prohiberi expensæ, & an ualeat prohibitio etiam si non fuerit approbata iuramento, uide Guid. Papæ. q. 96. Boer. Decis. 129. nume. 10. An disp. huius Auth. comprehendat ignorantem prohibit. prædictam, & quid si alienatio facta est per tertium ad quem res peruenit, & non per prohibitũ alienare: & quid si fideicõmissarius ad quẽ debebat dicta res uenire, cõsensit

ſenſit alienationi. & qd ſi alienatio facta eſt ex cauſa dotis tam conſtituendę quàm reſtituēdę Pariſ.conſil. 81.nu. 43. cum ſeq.lib.2.in mat. rerum ſubiectarum fideicommi. Dec. conſil. 386.Soci.Iun.conſi.130.lib.1.Adde quòd pro hibitus alienare à teſtatore ut poſt eius mortem alij reſtituat ſi alienet,& demum redimat uel aliter res ad eum reuertatur, non dicitur quicquam feciſſe contra mentem teſtatoris, Soci.Iun.conſil.20.nume. 41.uolum. 1. Adde plures fall. ad hunc tex. & an procedat in expreſſa prohibitione alien.facta per teſtatorem. quod ceſſat quando teſtator reliquit bona ultra illa prohibita alienari. Et quando expreſſe uoluit bona ſubiecta fideicomm.nō poſſe alienari etiam ex cauſa dotis, & quid in dote confeſſata,& ſim.per.Pariſ.conſil.63.uolum.2.no uis.copioſe tradit Fran.marza.in Epit.mat. fideicomm.2.par.q.48.In mat.Soci.Iun. conſi. 119.nu.7.& 9.lib.2.ubi Lim.quid ſi prohibita alienari in dotē data ſint ſtāte ſtatuto,ꝙ uir lucretur partē dotis ſi ſine liberis decedat uxor. crau. late conſi.186.nume.4.cum ſeq. in mat. ad hunc tex. Natta conſil.61.per totum uolu. 1.& quòd diſpoſitio huius Auth.locum non ha beat in bonis feudalibus.Rolan. à Val.in tract. de lucr.dot.q.54.nume.14. Et quòd habeat lo cum filijs deſcendentibus,& non in tranſuerſa libus.nouiſſ. Iacob.menoch.conſ.33.egregia.

numero 5. In mat. Menoch. consil. 88. cum notitius. numero 50. & numero 54.

168 *L. Iuris gentium. §. sed cùm nulla. ff. de pact.*

Actio ex pacto nudo non oritur, ut hic, & §. quinimo. & §. Marcellus. ea. l. & l. legem. C. de pact. not. glo. & ibi latiss. Ias. ad §. in personam inst. de act. post Ias. hic late uide per Socin. in reg. 9. actio. Doct. ad Rubr. ff. de uerb. oblig. Forcatul. in necyom. iur. dial. 69. numero 1.

169 *L. Tale pactum. §. fi. ff. de pact.*

Ad hunc tex. & ad glo. fi. in fi. uide Tiraq. ad l. si unquàm. C. de reuoc. donat. in præfationes. nu. 56. claud. de seisel. ad l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de libe. & posth. colum. 1. in fi. Soci. Iun. consil. 128. nu. 87. lib. 1. Natta. Asten. ad l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. nume. 209. Fab. Acoromb. ad l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell. nume. 39. faciunt quæ addo infrà ad l. quidam cùm testam. C. de posth. hæred. instit. Paris. cons. 35. in præsenti consultatione nu. 13. cum seq. lib. 3. Soc. Iun. consil. 30. inspectis. his num. 33. cum seq. lib. 1. Nouiss. nostri Perus. Thob. non consil. 15. duo sunt, numero 16.

L. Ex

170 *L. ex sententia arbitri. quæ est. l. 1. C. de Arbit. L. Diem proferri. §. stari. ff. de recept. Arbi.*

A sententia Arbitri nõ licet appellare. Vide Soci. in reg. 17. in uersi. appellare. ubi Lim. Felin. ad. c. super his. nu. 7. extra de accusat. Boer. dec. 284. nu. 16. Annib. de cano. ad l. nemo potest. de leg. 1. nume. 437. Duen. reg. 57. arbitri.

171 *L. Et in maioribus. C. de. appellat.*

In qualibet causa permittitur appellatio. Vide Soci. in reg. 24. ĩ uerbo, appell. ubi lim. plur. mod. Maran. de ord. iudi. 6. part. princ. 2. act. numero 316.

172 *L. Cùm de possessione. quæ est. l. unica. C. si de mom. pos.*

A sententia lata in causa momentaneæ possessionis, nõ licet appellare. Vide So. in reg. 18. Grat. consil. 16. lib. 2. & 110. & consi. fi. eo. lib. Dec. consi. 28. contra quẽ tenet Rip. ad c. sępe. nume. 3. extra, de restit. spoliat. Cagnol. ad l. impari. nume. 6. de reg. iur. Ias. ad l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, uel ali. iur. num. 12. Balb. decis. 445. 447. 477. Dec. ad l. pendente. nu. 6. C. de bon. pos. sec. tab. in In mat. Guid. Papæ q. 37. Afflic. decis. 269. Tiraq. ĩ trac. le mort. in 6. declar.

